



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660**

S. Alexander M. 13. Maij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42032**

S. ALEXANDER M. 13. Maij.

**N**OS, quâ te voce possumus, Christiane miles  
 excitamus; ALEXANDRVM enim ad certamen  
 profide subeundum Angelus animavit, & adver-  
 sus Maximiani tormenta invictum præstitit. Sed  
 & Pæmenia mater raro in feminâ exemplo, cæle-  
 sti hortatori succinuit, ex Italiâ in Thraciam ab-  
 ducti, & iter omne suo sanguine nobilitantis filii  
 comes. Præconio illius ad illustriora passim tribu-  
 nalia Christum prædicantis, quidquid inter Ita-  
 liam Asiamque interest, revixit, & relanguescen-  
 tes Christianorum animos fortissimi juvenis san-  
 guis ad pares ausus accendit. Diu puichrius homi-  
 nibus Angelisque spectaculum præbitum non  
 fuerat, neque contineri vel hivel illi potuere  
 quin identidem applauderent certanti. Omnia  
 passim, quæ Tiberiano Præsidi furoris ingenium  
 dicebat, caput à Cælestino carnifice abscissum  
 est, sed ferrum stringere non antè auso, quam  
 Angeli beati Martyris satellites, ipsomet depre-  
 cante; paulò longiùs ab ejus latere secederent.  
 Corpus in flumen projectum canes extraxere; binè  
 ex iis matris obviâ progressi nobilis thesauri in-  
 dicium fecerunt. Functam ultimo pietatis officio  
 de celo filius est allocutus paratæ mercedis spon-  
 sor. Dolendum ALEXANDRI hujus verè magni  
 virtutibus parem scriptorem non obtigisse, sed  
 illud ampliùs, tam paucos habere imitatores. Ex  
 Metaphr.

*Cum fallax hujus mundi felicitas tot calamitati-  
 bus sit obnoxia, cum potètia tēporalis tot casibus  
 variada subjaceat, & rerū ordo sese velut scenæ ver-  
 tiginis alternitate cōfundat, quis sana mētis à rebus  
 tam fri-*

*frivolis tamq̄ue fugacibus animum non avertat.*  
Pct. Dam. lib. 7. ep. 5.

## S. IOANNES SILENTIARIUS. 13. Maj.

**D**iceres idem jam esse Ioannem & MARIAM amatorem. Certè talis ille fuit IOANNES, qui à taciturnitate nomen habet. Etenim magnarum opum hæres earum hæredum esse MARIAM vivus voluit, nobilissimo in ejus honorem templo extracto; ipse vitam cum aliis DEO DEIQUE MATRI devotam egit, tantâ animi integritate, ut nudum, quoad vixit, numquam se aspexerit, vel hâc unâ sanè verecundiâ VIRGINI charus. Ad insulam subinde omnium votis præterquam suis vocatus, Hierosolymam abiit: ibi cum stellam cruce insignem vidisset, audissetque vocem, quâ præcuntem sequi jubebatur, memor quàm bona dux Stella jam olim fuisset, extemplò in viam se dedit. Nec aberravit profectò, nam rectâ in cœnobium amplissimum venit, in eoque VII. annos; in spelæo deinde IX. alios silentio traduxit. Hinc egressus & viarum anfractibus implicitus, à Cælitibus eò iterum reportatus, & contra incursiones Saracenorum à leone est defensus. Tandem ad cœnobium reversus, & post multos annos ab Angelo proditus, Caryotam in petram abjecit. Et ecce continuo hæc simul radices simul germen agere, tum frondes totâ ædiculâ explicare, & post tertium denique diem fructum ferre. Abiit deinde IOANNES ex humanis anno M. LVIII. ætatis C. IX. vir qui vel tacendo meruit, ut omnis de illo ætas loquatur. *Ex Metaphr.*

*Loguere sanè, si quid silentio melius & excellentius habes; at ubi silere præstat, quàm loqui. silentio ac quies-*